

Band IV., Nr. 1022, Seite 73-74

*Bischof Hermann von Würzburg bekräftigt (wiederholt)¹ den Schiedsspruch
Wilhelms von Wimpfen über die Streitigkeiten zwischen dem Kloster
Schöntal und Engelhard von Berlechingen samt dessen Söhnen wegen ihrer
gegenseitigen Gütergrenzen und Güterrechte.*

Karlburg, 1244. Februar 29.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus, dei gracia Herbipolensis episcopus. Ex iniuncto nobis divinitus tenemur officio viris religiosis ea que pacis sunt et quietis providere et eis, ubi oportunum fuerit, nostre auctoritatis munimine subvenire. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod, cum inter dilectos nostros fratres de Schonintal, Cystertiensis ordinis, ex una parte et Engelhardum de Berlechingin filiosque eius ex altera ob terminorum et prediorum eorundem vicinitatem orta fuisset disceptatio, ad noticiam Willehelmi advocati de Winpina res devenit, quo mediante aliisque prudentibus viris lis eorum per arbitros est decisa et in hunc modum omnis ipsorum questio est sopita. Ad molendinum situm in Berlechingin de grangia eorum ibidem sita non tenentur molere, nisi piscetur in ea, aut, si locata fuerit secularibus, tunc tenentur. Animalia grangie attinentia per singularem pastorem libere pascentur ubique in licitis pascuis dicte ville, quod non fiet de animalibus alibi conservatis, nisi forte ad alia pascua traducantur. Similiter animalia ad villam spectantia vitabunt omnes terminos claustrum preter pertinentes ad villam iam dictam, nisi de consensu utriusque partis fiat. Quod si secularibus ut dictum est locata fuerit, animalia ipsorum pascentur cum pecoribus villanorum, nec eiusdem grangie animalibus ulla externa sociabuntur, nisi ibidem ad minus anni et diei spacio sint pascenda. Ubicumque etiam contiguos agros habuerint utrique, in suo termino unum sulcum incultum relinquent propter terminos distinguendos. Tempore agriculture aratra eorum vicissim divertent super terras coadiacentes non seminatatas, si vero seminate sunt, parcent eis dimisso ibi spacio, quod vulgo dicitur *anewender*, quod si fieri non potest, aratra nichilominus prout cautius possint procedant. Omnem ordinationem ville pariter ordinabunt questumque exinde provenientem, quod vulgo dicitur *einunge*, equa percipient portione. Ligna in clivo retro domum pellificum claustrum specialiter adtinebunt. E contra dicto E(ngelhardo) cum suis heredibus cedent ligna sita in monte, qui dicitur Hengesberc², quibus ddita sunt ad supplementum quedam alia ligna iuxta villam, que dicitur

¹Vgl. die Urkunde Nr. 844 (WUB, Bd. III, S. 338) vom Jahr.

²Unermittelt, schwerlich der heutige Rossberg südlich von Schöntal.

II

Kessah³, que lapidibus distinguuntur. Salices in utraque ripa fluminis a fonte, qui dicitur Mersbrunne, sursum usque ad claustrum specialiter erunt fratrum. Salices vero ab eodem fonte deorsum ipsi Engelhardo cedent. Si que possessiones a villanis vendi contigerint, simul emant aut una pars singulariter ex consensu alterius partis. Sepes et alia obstacula viarum communium tollent utrique et vias communes patefacient. Item dictus E(ngelhardus) viam pandet fratribus cunctisque transeuntibus iuxta castrum, bigis et curribus onustis in transitu satis largam. Semitam, que trans montem inter claustrum et villam per agros tendit, itinerantibus pariter prohibebunt. Ligna ville attinentia, que sub communi custodia utriusque partis actenus sunt defensa, neutri parti liceat extirpare, nisi de communi consensu, sed equaliter utantur eis pro necessitate, et quocienscunque resecta fuerint, tociens recrescere permittantur. Si in eadem villa sint homines neutri parti attinentes, qui ligna sibi attinentia extirpare velint ad novalia excolenda, eadem ligna inter villanos dividantur non equa porcione, sed secundum quantitatem feodi sui partem lignorum singuli sortiantur. Illi quoque, qui sua ligna occasione predicta extirpaverint, nullam communitatem habeant in lignis reliquis villanorum. Item ligna, ut supra diximus, communi consensu partium custodita lege prescripta tam a partibus quam ab hominibus eis attinentibus perpetuo et inviolabiliter sunt tutanda. Ad huius facti perpetuam firmitatem presentem paginam tam nostro quam predicti W(illehelmi) de Winpina sigillo duximus roborandam. Datum Karleburg, anno gracie M^o. CC^o. XLIII^o., II^e kalendas Martii, indictionis secunde, pontificatus nostri anno XIX^o.

—

Der Textabdruck folgt dem Original. Die Urkunde ist durch Moder so beschädigt, dass eine Abschrift in dem auf Papier geschriebenen Diplomatar des Klosters Schöntal von 1512, Blatt CCLXVIII, Nr. 6, zur Ergänzung des Textes verwandt werden musste. An rot-gelben Seidenschnüren hängen zwei Siegel. Das eine gehörte, wie aus dem noch vorhandenen Bruchstücke zu erkennen ist, dem Bischof von Würzburg, das andere, noch ziemlich gut erhaltene ist herzförmig und von gewöhnlichem Wachs, es zeigt Kopf und Hals eines Adlers mit der Umschrift: *Sigillum* . WILLEHELMI . SVLTHETI . HAGENOWE (die E, M und N gerundet, H und A verbunden).

³Ober- und Unterkessach.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 503 I U 221

Überlieferung und Textkritik:

Original mit Kopien und Übersetzungen. Auch im Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 214 (von 1512), Bl. 268, Nr. 6.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Karlburg

Aussteller:

Hermann I.; Bischof von Würzburg (1225-1254)

Ortsindex:

Berlichingen Wohnplatz (2645)
 Berlichingen, Schöntal, KÜN
 Hengesberc
 Karlburg, Karlstadt, MSP
 Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)
 Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN
 Oberkessach Wohnplatz (2656)
 Oberkessach, Schöntal, KÜN
 Unterkessach Wohnplatz (2247)
 Unterkessach, Widdern, HN
 Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)
 Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN
 Würzburg, WÜ